

AC. 3437.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

MORBIS QUIBUSDAM OR-
GANI AUDITUS,

QUAM

CONSENSU ILLUSTRIS MEDICORUM ORDINIS IN
UNIVERSITATE CAESAREA DORP.

PRO SUMMIS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA


HONORIBUS CAPESSENDIS

SCRIPSIT

CAROLUS DE WILPERT,
MEDICINAE MAGISTER.


DORPATI,

LITERIS MICHAELIS GERHARDI GRENZII,
TYPOGRAPHI ACADEMICI.



221. 3

EXXIII: 3



De organi auditus morbis quaedam traditurus, id quidem non ago, ut materiam hanc, satis amplam, plane exhauriam, vel obscuritatem magnam theoriae horum morborum, prorsus dispellam. Tantum laboris nec opportunum, nec viribus meis par esse mihi videtur. Id tamen persuasum habeo, morborum horum nimis neglectorum tractationem novam, h. e. modo, a solito plane diverso, institutam, et respectu habito pathologiae hodiernae, haud fore inutilem. Hoc equidem molior. Cum vero occasio mihi oblata urgeat, ut tentamen hoc statim tradam typis exscribendum, non nisi synopsis s. epitomen brevem et imperfectam proferre valeo. Praesertim de affectionibus systematis irritabilitatis et reproductionis parum dicere mihi licuit, vitia vero, quae dicuntur organica et laesiones partium organi auditus, sicut

methodum medendi silentio omnino praetermittere coactus sum. Veniam igitur a lectoribus peto, sperans, fore, ut forsan postero tempore mihi contingat, subtilius hac de re disserere et quod magis attentionis eorum dignum sit, edere.



Duae in morbis considerandis nobis patent viae calcandae. Sive enim de momentis causae morbi, de potentiis scilicet influentibus et de constitutione organismi eximus, systema corporis et organum praecipue ab illis affectum, modum ac formam affectionis considerantes denique ad symptomata inde manantia progressi; sive primum symptomata morbi colligimus et ratiociniis inde formatis ad cognoscendum et sedem ac modum affectionis et naturam causae ejus adscendere tendimus. Prima praecipue est via nosologiae, postremam vero medici practici plerumque nimis anxie sequuntur. Oportet vero medicum practicum viae utriusque gnarum esse. Si enim in casu oblato et de momentis causae bene perferutatis ad symptomata singula descendere et de his ad illas adscendere potest, certe morbum quoad relationes omnes penitus cognoscit. Morbi quoque organorum singulorum vario isto modo considerari possunt.

Nosologi vero fere omnes sicut generatim progressum morbi ab origine usque ad formationem perfectam conditiones efformationis variae et diversae, et nexum necessarium causae cum symptomatibus morbi singulis non satis diligenter persequuntur ac demonstrant, sic quoque in pertractandis organorum singulorum morbis in deverticulum duplex inciderunt. Symptomatibus in decursu morbi (v. c. oculi) variatis, malum alio nomine designabant eoque modo copiam magnam formarum diversarum morborum distinguebant et separabant, quorum connexio inter se et cum natura morbi nimis facile praetermittebatur. Simulque organum in minimas partes dividebant et sedem morbi accuratissime definituri partes separabant quarum affectiones non nisi nexu inter se cognito rite intelligi possunt. In morbis organi auditus considerandis hic error quam maxime evitandus est, cum nec organi partes singulas nec formas varias affectionum earum, sicut in oculo, observare liceat, et propter physiologiam organi adhuc adeo imperfectam ne ratiociniorum quidem ope e symptomatibus eas sat accurate definire possimus. Inde colligimus, ad partes et formas affectionum singulas minus respiciendum esse; et hic magis fere, quam in quacunque alia pathologiae parte, respectum ad naturam morbi nobis fundamentum totius considerationis videri debere.

Natura morbi momentis causarum eorum definitur, unde igitur eximus, formationem morbi, usque ad symptomata persecuturi. Morbi indolis rationem habituris ratio nec minus habenda est systematis corporis et primum et praecipue affecti, cujus cognitio ad rationalem constructionem historiae morbi necessaria est. Potentiae enim in corpus agentes systemata varia diverso gradu afficiunt, decursus symptomataque morbi differunt, prout vel systema sensibile vel irritabile vel reproductivum primum vel quam maxime affectum fit, et methodus ipsa medendi, hoc respectu vario modo instituenda est. Quae cum ita sint, in considerandis organi auditus morbis, systemata tria ad formationem ejus, sicut partium corporis humani omnium, confluentia, discernam.

Doctrina de momentis causae, et de differentia morborum essentiali, aliaque pathologiae principia generalia hic non explananda, vel probanda, sed quasi fundamenta disquisitionis meae paucis tantum commemoranda sunt.

Monendum primum est, meum non esse consilium, de perturbatione illa functionum org. aud. verba facere, qua partes ejus non ipsae morbo affectae sunt, sed tantum, statu abnormi organorum vicinorum, impeditae, quo minus actiones suas exerceant. Nec de vitiis organicis innatis,

nec de vitiis a causis vel mechanice vel chemice laedentibus productis, disseram.

Ad affectiones incitabilitatis ergo jam pervenio. Relatio factorum ejus, sensibilitatis nempe et irritabilitatis, in diversis organis diversa est. Natura ordinis alterius organorum, cerebri scilicet et nervorum, eo nititur, ut sensibilitas praevaleat; in altera organorum serie, in vasis nimirum sanguiferis, irritabilitas magis eminent; in tertia vero, in vasis scilicet fecernentibus, glandulis et tela cellulosa, ambo factores incitabilitatis magis inter se exaequantur. Potentiae externae in corpus agentes, proportionem sensibilitatis et irritabilitatis semper immutant. Organismus vero perpetuo flatum primitivum et normalem eorum restituere nititur. Perturbationes autem illae non semper exaequari possunt. Cum enim vis, qua organismus proportionem normalem factorum incitabilitatis restituere conatur, in diversis systematibus ac organis diversa fit, semper vero certos limites agnoscat, interdum, perturbatio a potentiis externis producta, vim organi restitutivam superat, et proportio abnormalis sensibilitatis et irritabilitatis perdurat, status morbosus sphenicus vel asthenicus adest. Proportio autem factorum certa systematis et organi singuli naturam definit. Illa permutata ergo, organum non idem est quod antea, indeque actiones ejus differunt. Relatio organi affecti ad

cetera corporis organa etiam immutatur, et quamvis organismus hanc quoque perturbationem exaequare et omnium functionum aequilibrium conservare tendat, tamen saepe affectio organi morbosa praevalet, et proportio actionum partium corporis vario modo permutatur, unde formae valetudinis adversae variae oriuntur.

Natura essentialis morbi organi auditus consideratione cujusvis momentorum causae cognoscimus. Principia hujus dijudicationis suggerit praebetque pathologia generalis. — Affectio vero organi auditus ipsa ad causam morbi diversam relationem habet. Causa nempe vel primum ac praecipue org. aud. vel organa cum illo arte conjuncta, vel totum corpus afficit. Organum auditus primum afficitur, si, vel momenta causae externa maxime in illud vim suam exercent, sicut sonitus, ventus, injectiones &c., vel receptivitas major efficit, ut org. aud. prae ceteris a potentiis in corpus agentibus afficiatur. — Si causa morbi in organum, cum org. aud. arctissime conjunctum maxime agit, tunc facile affectio cum hoc communicatur, quinimmo, si energia org. aud. diminuta est, hoc saepe magis, quam organum immediate affectum, afficitur. Organum auditus quidem, massa ossea, sicut oculus membranis, a ceteris organis separatur, et nervus, huic sensui proprius, sicut opticus, cum nullo alio se conjungit. Attamen

vario modo cum aliis partibus communicat. Velut oculus, nexu nervorum ciliarium cum pari tertio, quinto, sympathetico et cum multis organis conjungitur, ita auris quoque interna connexionem nervi facialis cum glossopharyngeo, quinto, vago, accessorio, sympathetico, et cervicis tertio. Arteriae et venae auris internae, cum illis partium vicinarum communicantes, affectiones earum necessario participant, sicut vasa absorbentia auris morbos glandularum, quibus se ingerunt. Lamella externa membranae tympani, et integumenta auris externae, glandulis multis instructa, tamquam membrana sic dicta conjunctiva oculi et integumenta palpebrarum, continuum cum integumentis totius corporis formant. Infuper organum auditus, multo arctius quam oculus, cum cavitate nasi communicat, cum membrana pituitaria hic tantum canalem et saccum lacrymalem, illic vero totam cavitatem tympani intus vestiat. Denique adhuc lamina externa durae matris in labyrinthum intrat et periosteum ejus, immo, secundum descriptionem anatomicorum fere omnium, partes ipsas essentielles membranosas org. aud. format, quae tamen secundum Ill. Scarpam membranis propriis formari videntur. Nervorum igitur, vasorum et sanguiferorum et lymphaticorum, ac membranarum secernentium ope affectiones omnium systematum cum organo auditus communicari possunt. Si causa morbi nec

in organo auditus, nec in organo arctius cum illo conjuncto, primarie agit, tunc ex affectione org. aud. si adest, ad gradum magnum morbi universalis concludere possumus.

Hucusque affectionem organi auditus, qua forma primaria valetudinis aduersae apparentem consideravimus, nunc in conjunctione cum aliis formis valetudinis aduersae consideranda est. Hic varios observamus casus: 1) Forma alia valetudinis aduersae localis affectioni org. aud. antecedit, quam vel comitatur, vel sequitur. Affectio partis alius vel ab affectione auris producitur, vel cum hac tantum simul coexistit, per easdem, vel alias potentias nocivas producta, vel denique aut per se aut per sequelas suas (v. c. ex potentiis localibus mechanice vel chemice nocivis exortas) affectionem org. aud. producit. 2) Forma valetudinis aduersae generalis easdem varias relationes ad affectionem org. aud. habere potest. — Haec momenta pathogeniae morbi specialis, in dijudicatione ejus, non negligenda sunt.

Consideratis secundum principia pathologiae momentis causae morbi, et exinde cognita morbi natura, ad systema maxime et primarie affectum respiciendum est. Hic quoque pathologia generalis nos edocere debet, sub quibusnam conditionibus hoc, vel illud systema maxime afficiatur. At hic scientia nostra adhuc valde imperfecta est.

Relationes potentiarum externarum ad corporis systemata diversa parum novimus. Plerumque tamen consideratio diligens potentiarum nocivarum, partis corporis in quam primum agebant, constitutionis iudividualis, symptomatum et decursus morbi nos systema maxime affectum edocebunt.

Non semper tamen, quamvis plerumque, systema generaliter in corpore maxime affectum et in org. aud. praecipue affectum est. Si v. c. in parte per nervos cum org. aud. cohaerente vasa fecerentia praesertim morbo laborant tamen in org. aud. nervi praecipue afficiuntur. Si contra nervi affecti alterius partis corporis (v. c. abdominis) in vasis sanguiferis ejus constrictiones spasticas producant tunc saepe vasa org. aud. congestione laborant. Infirmitas totius corporis, ex debilitate systematis reproductivi orta, frequenter praecipue nervos auris debilitat.

Ad examinandas formas et symptomata diversorum morborum, ex affectione partis systematis cujusvis in org. aud. ingredientis proficiscentium, pervenimus.

I. Systema sensibile.

In organo auditus nervos sensorios et motoresprehendimus singulatim jam considerandos.

A. Nervus auditorius. Cum nervus sensui auditus proprius sit, perturbata proportione sensi-

bilitatis et irritabilitatis ejus, sensationes auditus statim perturbantur.

1) Nervo sthenice affecto h. e. irritabilitate ejus nimis aucta, sensibilitate vero nimis diminuta, ad naturam nervi motorii magis accedit, ideoque functiones nervi sensorii minus perfecte exercet, praesertim si sensibilitas valde imminuta fuerit (in asthenia sic dicta *indirecta*). Exinde oriuntur varii gradus auditus difficilis (Baryaecia, Dyaecia; Obaudito, Hypocophosis) vel plane aboliti, (Surditas, Cophosis). Quae cum ita sint, equidem haud crediderim ex affectione sthenica istius nervi auditum acutum oriri posse.

2) In asthenia nervi h. e. sensibilitate ejus nimis aucta, auditus nimis evadet sensibilis (auditus acutus, peracutus, Oxyaecia). Attamen in majori astheniae gradu, nervus non ea gaudet energia, ut sensationes recipere ac propagare possit et tunc insensibilis erit, sicut cerebri medulla, pars corporis maxima sensibilitate at minima irritabilitate praedita. E majori igitur asthenia iterum gravis auditus vel surditas oritur.

At non solum auditus difficilis, vel acutus, sed etiam auditus perversus, (Paracusis) ex sthenia, vel asthenia nervi auditorii, saepe derivandus est, quamvis minus certe sciamus, quae species ejus, in hoc nervo et quae in alia parte organi, sedem suam habeat. Sicut in oculo, variae

sensationes perversae, ex sola affectione nervi optici proficiuntur, v. c. maculae et scintillae ante oculos apparentes, confusio colorum certorum, color luteus qui interdum, humoribus oculi tamen non luteis, omnia inducere videtur 1), sic, e sola affectione nervi auditorii, multae paracuseos species oriri possunt. Paracusis vero vel ejus generis est, ut sonos reales perversae et falsae percipiamus, v. c. si vel justo altiores vel profundiores nobis esse videntur, sicut musico illi, cujus Perill. P. Franck mentionem facit, cui nimirum per longum tempus, soni omnes dimidio justo profundiores esse videbantur; vel auditus eo modo perversus est, ut sonos non existentes audiamus. Hoc postremum genus paracuseos non, sicut primum, e sola affectione nervi auditorii, sed magis ex aliis affectionibus hujus organi, oriri videtur; attamen interdum, nulla alia parte org. aud. affecta, occurrit. Huc pertinet murmur vertiginosum Darwini 2). Species variae paracuseos, quoad originem specialem eorum, aegre construendae sunt, cum physiologia hujus organi nondum satis expedita sit. Attamen nonnullae species, quae ex affectione nervi auditorii oriri possunt, hic saltem memorandae sunt.

1) Hufeland Journal, Bd. IV. A. 1. in foemina vermibus affecta, et Kaufch Geist und Kritik, Jahrgang I. Bd. 1. p. 42 in hysterica.

2) Darwin Zoonomie Th. II. Abth. 2. p. 131. 134. Clas. IV. 21.

Si vel sensibilitas, vel energia nervi valde immuta est, impressio a sonis facta adeo debilis, vel propagatio affectionis nervi adeo imperfecta esse potest, ut soni non distincte percipiantur, sed tantum strepitus ac susurrus audiatur. Interdum quoque, si partes magis externae org. aud. morbo laborant, soni jam adeo debilitati ad nervum perveniunt, ut non nisi susurrum excitare possint. Vertigo auditoria etiam ad symptomata affectionis nervi auditorii ipsius pertinet, cum e remanente vel reditu sonorum, per longum temporis spatium auditorum, oriatur 3). — Aequae ac in nervo optico, certe quoque in nervo auditorio, interdum paralysis, ad loca certa et partes tantum nervi restricta, adest. At usus partium nervi et exinde origo specierum certarum paracuseos nobis latent. Nescimus e. g. cur aeger Stahl's tantum sonum tibiae pastoralis perceperit 4), alius vero tantum tympanum, 5) Daniel modo syllabas verborum medias 6). Quod interdum soni surdi ac profundi, interdum vero alti et acuti melius audiuntur, Trampel verisimiliter inde derivat, quod his percipiendis scala tympanica cochleae, illis vero scala vestibuli destinata sit 7). Interdum soni reales audiuntur,

3) Darwin Zoonomie I. c. 4) Stahl colleg. casual. magn. cul. 76. p. 830. 5) Hr. v. Sternberg's Versuche mit dem Galvanism. herausgeg. v. Schaefer; p. 95. 6) Daniel resol. method. Lips. 1796. 7) Trampel, wie er-

sed paulo tardius quam adfunt, vel duplices (Paracuseos duplicata), vel sono alio ab illo diverso comitati v. c. cum sono intervalla septem vocum 8) vel intervallo tertio 9) ab illo differente. Pulsationes et aliae strepitus species in org. aud. auditae semper fere, quamvis ab affectione partium aliarum orientur, tamen sensibilitatem nimiam nervi auditorii erga commotiones internas indicant. Species diversae auditus perversi, sicut gravis et acuti ex affectione sola cerebri etiam oriri possunt. Nescimus vero quo gradu nervus auditorius ipse, vel saltem finis ejus cerebri affici debeat, ut haec symptomata producantur, aut an interdum imaginationes modo ad aurem referantur.

Dolor org. aud. (Otagia) ex mea quidem sententia, nunquam fere sedem suam in nervo auditorio habet, sed non e sthenia vel asthenia sola derivandus est, sed secundarie ex vitio locali, ex pressione, corrosione, nudatione atque oritur et tunc quoque sine dubio statim paralysis nervi adeo sensibilis, sequitur.

B. Pars nervi facialis org. aud. ingrediens. Affectiones ejus quoque sensationes soni perturbant,

hält man sein Gehör (Pymont) p. 61 sp. vide quoque dissertationem meam priorem de differentia organi auditus animalium, p. 22. 23.

8) Sauvages Nosolog. 9) Sicut P. Franck se observasse nobis enarravit.

cum ramos det musculo tenfiori tympani musculo flapedis et ex chorda tympani musculis laxatoribus tympani et (secundum Loeleke) membranae etiam tympani.

Qua nervus motorius, a natura majorem gradum irritabilitatis, minorem sensibilitatis, quam nervi sensorii, accepit. Illa vero nimis aucta, justo difficilius ad obeundam functionem suam excitatur, sed modo, quem dicunt, energico agit. Sensibilitate contra nimis aucta, nimis excitabilis est, at functionem suam sine energia exercet. Functio nervi vero non tam simplex est, quam in nervo tenfitorio, sed musculos ad contractiones excitare debet. Hic igitur quoque relatio ejus ad musculos consideranda est. Tenebris vero adhuc obrutus est modus actionis nervi in musculum. Possimus tamen eum ita definire, ut activitas nervi, qua incitamentum, in musculum agat. Nervus sthenicus etiam ad hanc functionem tardius incitatur at energice eam exercet; asthenicus contra nimis celesiter ad actionem in musculos excitatur, sed non nisi leviter agit. Musculorum irritabilitas ac sensibilitas etiam variat, et sic saepe nimis facile a nervo ad contractionem excitantur at infirme agunt, vel contra actionem fortiozem nervi tantum sequuntur at energice se contrahunt. Ex variis proportionibus stheniae et astheniae nervorum et musculorum org. aud. spasmi et paralyfes oriri possunt,

et, cum haec, vel Tensorem tympani et musculum flapedis, vel luxatorem tympani, magis afficiunt, variae exinde perturbationes sensationum org. aud. prodeunt:

1) Sthenia ac musculi tenfitoris tympani et musculi flapedii et nervorum eorum. In leviori ejus gradu, praesertim si musculi magis affecti sunt, auditus quidem gravior fit; quoniam musculi non tam facile, ac in statu normali, si nervi aut sono aut voluntate irritantur, ad contractionem determinantur; si vero sat valide stimulantur, fortiter agunt, et tunc soni acute percipiuntur. Observatur interdum status talis sensibilitatis, ut soni debiles non percipiuntur, fortiores vero non nisi cum dolore. In sthenia majori auditus difficilis fit, ex paralyfi sthenica, attamen exinde non surditas oritur cum actio harum partium non ad auditum absolute fit necessaria. Veri tamen simile est, auditum magis difficilem reddi, si adsint, quam si plane desint. Si sthenia nervi tantum adest, tunc nimis in musculum vim exercet et inde oritur spasmus horum musculorum, et quidem praesertim tonicus propter energiam actionis; ex hac causa saepe oritur auditus peracutus.

2) Asthenia nervi et musculi, tenfitoris tympani ac flapedii levioris gradus, auditum acutiorum producet. Si sensibilitas adhuc praesertim in nervo augetur, energia tamen praecipue musculi

non nimis diminuta, tunc incitamenta innormalia (v. c. ingesta, ac alia incitantia in primis viis) ad contractiones irregulares musculos saepe determinant, et spasmi hi, ob debilitatem, magis clonici quam tonici erunt, et permutationes varias sensationum producent. Ex majori gradu astheniae vero oritur paralytis asthenica et quidem primum imperfecta. Nervus enim non ea energia gaudens, qua nervus motorius aget, nervus sensorius fit. Influxus soni et incitamentorum aliorum tunc dolores excitat, nervus percipit pulsationes vasorum, commotiones aëris in cavo tympani &c. Denique vero propagatio sensationum omnium, ob debilitatem cessat, et paralytis perfecta adest.

3) Sthenia et 4) asthenia nervorum et muscutorum, membranam tympani relaxantium contrarios effectus producent. Notandum tamen est, actiones muscutorum horum non satis adhuc cognosci, cum voluntati non obtemperent et non, nisi ab incitamentis externis, determinari videantur.

Contractiones irregulares horum muscutorum interdum se per vices sequentes, variasque actiones membranae tympani, sicut sensationes dolorosas interdum producent, certe etiam auditum perversum reddere valent.

C. Nervi auris externae ex nervo faciali, pari cervicali tertio, nervo maxillari inferiori quinti paris oriuntur et cum multis nervis communicant.

Sthenia et asthenia producent interdum insensibilitatem, saepe vero sensibilitatem maximam, tum erga potentias externas immediate in aurem agentes, tum erga affectiones per sympathiam ab aliis partibus acceptas. Dolor vehementissimus (otalgia) saepe ex affectione nervorum auris externae, praesertim meatus auditorii oritur. Interdum quoque motus spastici auris externae observantur et denique nervi ejus per influxum in vasa sanguifera et organa secretoria saepe morbos alios systematis infra memorandos producent.

Vidimus ergo, quo modo ex affectione partis sensibilis org. aud. variae formae valetudinis ad-versae nasci possint. Nunc quae supra docui, experientia confirmaturus, e farragine observationum tales eligere studebo, in quibus systema sensibile maxime affectum symptomata supra memorata producebat, quod tamen difficile certe est, cum observationes fere semper nimis breviter, ac sine respectu ad omnes conditiones originis ac formationis morbi enarratae sint.

A. Baryaeoia et Surditas.

a) sthenica.

Observatur gravis auditus post influxum potentiarum tum totum corpus incitantium, tum in illius partem aliquam agentium.

In febribus sthenicis saepe baryaeoia occurrit; in ebriis hic sensus sicut alii insensibilis fit;

post infolationem, post studia nimia et vigilias oritur baryaeoia 10). In hominibus valde sensibilibus v. c. hysteriis vel hypochondriacis spasmi musculorum org. aud. baryaeoiam producentes per incitantia excitantur. — Inter potentias magis in partem corporis singulam agentes sonus, praecipue nimis fortis, vel per nimis longum tempus auditus, baryaeoiam producere valet 11). Saepe simul tinnitum ac susurrum producit 12), et modo quidem supra dicto. Sonus fortissimus vero, per vibrationes aëris vehementes, mechanice structuram organi laedere nervosque ac vasa debilitare potest. Baryaeoia fulgure deduci solita a sonitu tonitru potius derivanda esse videtur 13). Si nervus auditorius valde sensibilis est, sonitus non fortis jam gravem auditum producere valet, et hac de causa certe in febribus asthenicis baryaeoia interdum oritur si strepitus quivis fortior non removetur. — Usus incautus electricitatis, galvanismi et injectionum etiam baryaeoiam producere potest.

b) asthenica.

In febribus asthenicis nervosis cophosis, ut symptoma astheniae systematis sensibilis crescentis,

- 10) Fr. Hoffmann med. syst. rat. T. IV. p. 4. Cap. VI. §. 6.
 11) Reufsner obs. med. 55, Fr. Hoffmann l. c. §. 5. Ri-
 olanus Enchirid. anat. path. L. IV. p. 289. 12) Fabri-
 cius Hildanus obs. med. chir. Cent. V. obs. 5 et 6.
 13) Borellus [hist. et obs. med. phys. Cent. IV. obs. 3.

saepe observatur. Non raro pro signo malo habenda est 14), cum plerumque cum asthenia magna cerebri conjuncta sit et exinde deliriis asthenicis praecurrat 15), immo saepe, praesertim si paralysis artuum, mutitas, vel tremor linguae et manuum, dolor capitis et nucae, torpor generalis simul observantur, statum fere paralyticum systematis sensibilis indicat et lethalis est 16). Cum coecitate conjuncta surditas quoque saepe mortem 17) seu casum lethalem 18) seu apoplexiam eamque nervosam, quam dicunt, praecedit. Sub statum decrementi, febris pro signo bono habetur. Cavendum tamen est, ne incipiens status paralyticus cessationem symptomatum vehementium, diminutionem apparentem morbi et surditatem simul producat. Generaliter hoc signum saepe fallit 19). Si tamen, ut multi contendunt, praecipue in febribus ubi cerebrum magis affectum erat, optimi ominis est 20)

- 14) Hipp. Epidem. L. II. S. 3. fol. n. 1019. sq. Wolf descriptio febr. nervos. ann. 1796. in Hufelands Journal, Bd. IV. St. 4. 15) Hipp. coac. n. 196. 16) Hipp. coac. n. 176. n. 331. 17) Hipp. Lib. IV. aph. 49. coac. praesag. l. 2. t. 20. Lib. Pror. 10. 20. 18) Act. nat. cur. Vol. I. obs. 152. 19) Confer. Darwin Class. 1 a. 5. p. 266. Perill. P. Frank etiam nobis dixit ut non pro signum salutarem id. habeat. 20) Fridr. Hoffmann l. c. p. 154. §. 5. Riverius Meth. cur. febr. p. 115. Albin de praesap. vit et mort. p. 110. Rulandus de lue ungarica, p. 76.

asthenia forsan locali interdum producitur. Partes hae antea praecipue asthenicae per potentias influentes ceteris magis incitatae, nunc minus ac ceterae sensibiles sunt. Energia in iis aucta, energiam crescentem totius corporis praenunciat. Forsan quoque tantum indicat, cerebrum minus sensibile evadere et propagationes sensationum a nervo, non nisi aegre agente, non recipere. — Ex asthenia partis sensibilis org. aud. oritur quoque surditas, paroxysmum nonnullarum febrium intermittentium concomitans ²¹⁾ et saepe illa quae post febres ²²⁾ post variolas vel post puerperium ²³⁾ remanet. — Refrigeratio causa fere frequentissima baryaeoiae ²⁴⁾ saepe nervos praecipue afficit, quamquam, si per longum tempus, praesertim cum humiditate conjuncta, in corpus agit, vasa secernentia cutis maxime afficiat et catarrhos aliasque affectiones systematis reproductivai producat. Sic refrigeratio pedum, vel alius corporis partis saepe astheniam nervorum org. aud. producit, tempestate frigida ac humida auditus difficilis plerumque gravior fit ²⁵⁾, et frigore hyemali crescente, multi homines

21) Sanzoniut misc. uat. cur. dec. 3. ann. 9 et 10 obs. 208 et act. nat. cur. Vol. I. obs. 38. 22) Winckler misc. nat. cur. dec. I. ann. 6. obs. 110. Acta suec. (interpr. Kaestnero) vol. 27 trim. 3. p. 207. Stoerck ann. med. I. Jul. p. 7. 23) Act. suec. ibid. 24) Trampel, wie erhält man sein Gehör, p. 72. 25) Sternberg und Schaefer Versuche mit dem Galvanismus, p. 61. 64 &c.

baryaeoia affecti observantur, qui, redeunte tempore verno, liberantur ²⁶⁾. Multa occurrunt surditatis, ex refrigerio natae exempla ²⁷⁾; plerumque tamen primum catarrhus et ex hoc demum secundarie surditas oritur. — Terror et alia pathemata interdum cophosin produciunt ²⁸⁾. Excessus in venere ²⁹⁾ et evacuationes omnis generis, qui secundarie magis systema sensibile debilitant ³⁰⁾ auditum saepe gravem reddunt.

In illis, qui spasmodici sunt v. c. in hystericis vel hypochondriacis, spasmus musculorum laxatorum tympani saepe baryaeoiam producit ³¹⁾ frequenter disparentem et recurrentem, cum nervi nimis sensibiles per quaevis incitamenta, praesertim vero per incitamenta in primis viis debilibus orta, ad spasmos excitantur ³²⁾. Interdum spasmi primum aurem externam, deinde vero musculos internos corripunt ³³⁾. Baryaeoiae ea species, quae concussione corporis, (v. c. aegri curru vecti,) levatur, a spasmodicis producta esse videtur ³⁴⁾.

26) Trampel l. c. p. 17. 27) Lentilins Misc. med. pract. P. I. p. 64. Traka de Kozewitz historia cophosae, p. 160. 162. 28) Lanzonius in misc. cent. 9. obs. 6. 29) Sylvaticus consil. et responsa med. cent. II. n. 18. 30) Fr. Hoffmann l. c. p. 155. 31) Trampel l. c. p. 86. 32) ibid. p. 77. et Ettmutter opp. T. 2. P. 1. Coll. pract. L. 2. p. 734. 33) Fr. Hoffmann Caes. et resp. med. cent. I. cas. 40. 34) confer. Trampel p. 87 - 89.

Potentiae omnes debilitantes v. c. frigus, si magis immediate in aurem agunt, eo magis gravem auditum producere valent. Concussio per fonos validos forsan directe nervos debilitat at actio ejus magis tamen ad laesiones pertinet et exinde hic silentio eam transeo. Si nervi alicujus partis corporis vel comprimuntur vel laeduntur, hoc necessario nervos, cum illis conjunctos, debilitat. Exinde compressio nervorum auris nervos aliorum organorum afficit 35) et ex laesione nervi masseterici 36), et frontalis 37), ex compressione nervi vagi 38), a parotide et aliis tumoribus auri vicinis, a dentitione 39), imo a bubone magno 40), cophosis observata est. Flatus et alia in primis viis accumulata, compressione forsan quoque nervorum abdominis furditatem producere valent, et cophosis dolorum nephriticorum nuncia, verifimiliter etiam ex hac causa oritur 41).

B. Auditus peracutus, Oxyaecoia.

Sthenica raro occurrit. Spasmi tamen tensoris tympani v. c. in hysteris ac hypochondriacis saepe per incitantia producuntur.

35) Fabricius Hildanus obs. et cur. Cent I. obs. 4. 36) Smetius misc. med. l. 1. 10. 37) Lindhult act. suec. Vol. 14. trim. 4. p. 313. 38) Lierre histoire de l'Acad. des sciences 1705, p. 53. 39) Pasch Abhandlungen a. d. Wundarzneyk. Th. I. c. 5. p. 36. 40) Lamzweerde Appendices 2. obs. 89. p. m. 649. 41) Richa const. epid. Taurini ann. 1720. §. 58.

Asthenica in sensibilitate vere aucta consistit. In febribus asthenicis non raro occurrit, et mali ominis esse creditur 42). Mortem interdum praecedit, et ii, qui moribundi credebantur, interdum conquesti sunt de acclamationibus, quas sibi valde molestas fuisse dicebant. Auditus nimia teneritudo interdum, cum susurru ac tinnitu, post phrenesiam et maniam remanet 43). Saepe quoque e refrigerio oritur 44), simul cum odontalgia. A dente carioso etiam nasci traditur 45).

C. Auditus perversus, tinnitus, susurrus saepe in febribus occurrunt at plerumque a congestione oriuntur, rarius a sola affectione nervorum. Moribundi non raro musicam harmonicam audire sibi videntur. Susurrus et delirii et paroxismi epilepsiae, vertiginis, syncopes, mali hysterici et hypochondriaci nuncius esse putatur. In febribus mali ominis interdum est 47) et cum aliis signis astheniae majoris delirium lethale indicat 48). Susurrus ex affectione nervorum ortus generaliter cito disparet. Tinnitus regularis, cum circulatione sanguinis congruus, a congestione, irregularis vero

42) Sauvages Nosol. T. 1. p. 760. Pezold Progn. c. 4. S. 2. §. III. p. 68. 43) Hoffmann l. c. §. VI. 44) ibid. 45) Trampel p. 42. 46) Hipp. evac. §. 1. p. 531. 47) Baglio prax. med. I. p. 70. 48) Hipp. Coac. §. 2. p. 538.

a spasmis dependet. A vermibus 49) et ab aliis primarum viarum contentis 50) tinnitus ac fufurrus interdum producuntur.

D. Otagia, malum maxime dolorosum ac molestum, saepe e sola affectione nervorum org. aud. ac praesertim meatus auditorii externi, oritur. Otagia spasmodica, jam a Celso memorata 51), in hysteriis ac hypochondriacis praecipue observatur. In infantibus saepe a vermibus excitatur. Frequentissime vero a refrigerio oritur, saepe cum odontalgia, vel aliis doloribus rheumaticis conjuncta. Non raro anxietatem, inquietudines, vigiliis, capitis dolores, tremorem partium corporis, frigus, febrem universalem, deliria, epilepsiam ipsam ac convulsiones interdum lethales excitat 52).

E. Sensibilitas nimia auris externae sine dolore, ac motus spastici ejus interdum quoque observantur. Si prima adest, tunc saepe sensationes auris majori vi cum aliis partibus communicantur,

49) Von den Bosch hist. const. verm. p. 291. Fels hist. ascardd. path. p. 203. 50) Fr. Hoffmann Med. consultatoria P. 1. dec. 2. af. 4. et P. V. dec. 2. cas. 4. Boerhave consult. med. T. II. p. 61. 51) Celsus Lib. VII. cap. VIII. 52) Fr. Hoffmann syst. med. rat. T. IV. vol. II. Sect. 2. cap. X. p. 489. 490, vide quoque Wildberg über die Gehörwerkzeuge des Menschen. Jena 1795. p. 250 sq.

et, contra, etiam sensationes aliarum partium nimis forte in aurem agunt. Sic v. c. exempla observata sunt, ubi, per contactum auris externae, dolor ventriculi, et vomitus 53), aut dolor linguae 54) excitabatur, vel ubi injectiones in aurem ophthalmiam 55) imo convulsiones 56) praesertim muscutorum faciei, producebant. Perill. P. Franck, contra, nobis dicit, se, in se ipso, motum spasticum ac dolorem in aure unius lateris corporis sentire, si in latere opposito, praesertim in crure alterius lateris, prurigne motus, se fricaret.

Motus spasticos auris externae observabat Fr. Hoffmann 57) ac, post refrigerium, Wathen 58).

Nunc quantum per limites angustos hujus dissertationis licet, status morbosus partium systematis irritabilis, org. aud. ingredientium, quoque considerandus est. Hae quoque partes tum normaliter tantum agunt, cum proportio sensibilitatis et irritabilitatis earum non a relatione normali nimis discedit. Vasa sanguifera, quae maximam fere partem systematis irritabilis constituunt, et specialiter arteriae ac venae org. aud., actiones suas scilicet

53) Pachlin obs. S. II. p. 45. 54) Tissot von den Nerven, p. 409. 434. 55) Roux Journal de Med. T. 31. p. 180. 56) Furstenau Act. nat. cur. Vol. 9. obs. 92. 57) Confil. et resp. med. cent I. cas. 40. 38) Leske Abhandlungen aus den philosophischen Transactionen. T. 10. p. 157. obs. 4.

contractiones et dilatationes, nec energia ac frequentia iusta, nec tantum ad incitamenta normalia et in proportione cum actionibus vasorum totius corporis, perficiunt si vel sthenia vel asthenia laborant. Relatio energiae vasorum sanguiferorum org. aud., ad activitatem vasorum majorum cum quibus communicant et totius systematis sanguiferi, hic magni momenti est. Si enim vasa auris ceteris validius agunt, generaliter nimis impulsui sanguinis resistunt; si vero contra debilioris sunt actionis sanguis in iis magis accumulatur. Non tamen crediderim sanguinem semper vasis debilioribus tantum magis adfluere, sed, contractiones et dilatationes frequentiores eum quasi fugendo allicere mihi quidem videntur. Quapropter stheniae vasorum org. aud. minor gradus congestionem, et quidem vere activam producere potest. Affluxus sanguinis tunc membranas tendit, actionibus nervorum vigorem majorem praebet, et activitatem totius org. aud. auget. Auditus peracutus exinde saepe oritur, nec raro si congestio ad majorem gradum ascendit dolorosus quoque evadit et denique gravis auditus et surditas oritur, cum nervi a vasis repletis comprimantur. Cum vasa cavitatis tympani magis afficiuntur, fere semper susurrus ac tinnitus adest. Congestio vero in vasis meatus aud. ext. membranam ejus adeo tensam magis adhuc tendit, unde otalgia enascitur. Ceterum congestio

quaevis per connexum vasorum sanguiferorum cum omnibus systematis reproductivi partibus in inflammationem abire, vel secretiones, ac nutritiones perverfas gignere potest. — In majori vero stheniae gradu vasa sanguifera org. aud. nimis impetui sanguinis resistunt. Sequitur exinde rigiditas et siccitas partium omnium organi, quae auditum graviolem reddunt, imo surditatem producant.

In astheniae arteriarum minori gradu quoque congestiones oriri possunt. Si enim sensibilitas vasorum aucta, energia eorum vero non nimis adhuc diminuta est, tunc actiones eorum frequentiores, majorem copiam sanguinis alliciunt, et eo magis hic accumulatur, cum vasa simul impetui sanguinis minus resistent, et contractiones non satis energicae minus ad sanguinis copiam in venas propellendam valeant. Haec species congestionis quoque plerumque congestio activa vocatur, quoniam eadem fere symptomata producit, quae congestio sthenica. Sed observator attentus charactere astheniae facile dignoscere potest. Actiones magis celeres ac frequentiores, energia vera carent nec perdurant. Auditus nimis acutus, imo si membranae et nervi earum magis tendebantur, dolorosus, susurrus, tinnitus et otalgia saepe a congestione asthenica oriuntur. Tinnitus praesertim regularis cum circulatione sanguinis conveniens

ex hac causa derivanda est, et in sensu pulsationis vasorum minimorum in aure consistit. Hincinde vero eum saepius congestione sthenica oriri et in majori astheniae gradu, eum non adesse crediderim, cum arteriarum contractiones adhuc satis energicas indicet. In majori gradu astheniae in susurrum abit. Si vero congestio ad majorem gradum adspirat, tunc vasa valde dilatantur, praesertim in asthenica, propter energiam eorum immutatam, et nervi ab illis compressi actiones suas perficere nequeunt, baryaeocia vel cophosis inde oritur.

Si sensibilitas vasorum admodum aucta est, non ad incitamentum normale sanguinis tantum reagunt, sed a variis irritamentis, per nervos eis communicatis, ad contractiones excitantur. Proficiscuntur exinde spasmi vasorum, et sanguinis motus valde abnormes, quorum symptomata sunt gradus varii baryaeociae variabilis, susurrus ac tinnitus irregularis, sibilus clangosus, pulsationes &c. In hoc majori astheniae gradu vasa minorem sanguinis copiam alliciunt, nisi trunci, e quibus oriuntur, activitate, multo exsuperent.

Si vero non totum systema arteriarum languet, sed maxima asthenia tantum in vasis org. aud. adest, haec impetui sanguinis, a truncis validioribus ad ea propulsi, resistere nequeunt, cum quasi intendantur. Ex hac congestione, sic dicta passiva,

oritur auditus difficilis vel cophosis, cum vasa laxa repleta nervos comprimant.

Inflammatiō, in quam congestio asthenica quoque transire potest, a multis pathologicis pro majori tantum congestione gradu habetur. Credo vero eam non solum morbum esse vasorum sanguiferorum, sed magis ad systema reproductivum referendam.

Musculi org. aud. quoque ad systema irritabile pertinent. Symptomatum, e sthenia et asthenia eorum proficiscentium, cum a relatione ad nervos praecipue dependeant, jam supra mentionem fecimus.

Observationes multae, de affectionibus organ. aud. e sthenia vel asthenia systematis irritabilis ortis, a scriptoribus annotatae sunt. Congestio vel activa, vel passiva, vel spasmi vasorum, vel exinanitio eorum, in his casibus aderat et symptomata producebat.

A congestione saepissime in febribus tinnitus aurium, susurrus et surditas ipsa oriuntur. Plerumque congestio versus omnes partes capitis simul vel adest vel sequitur. Si congestio sanguinis non ad partes capitis externas magis spectat, affectiones illae org. aud. generatim mali ominis sunt, cum facile deliria, phrenitis, aliaqua mala producantur 59). E contrario boni ominis esse putatur

59) Spindler obs. med. 19. — Hipp. (vid. ejusdem opusc. semiot. ed. Zwingeri) Praed. I. 18 et I. 32. Ejusd. Coac.

haemorrhagia narium, parotis, abscessus ad aures si sequuntur, vel, pro conditione morbi, cum spe boni effectus, expectari possunt. Surditas ipsa interdum, in decremento morbi, indicat congestionem, non, sicut antea, versus cerebrum, sed magis ad partes externas, tendere, ideoque salutaris existimanda est 60). Affectiones org. aud. e congestione praesertim in febribus exanthematicis (v. c. in scarlatina) et sic dictis biliosis saepissime occurrunt 61), sicut etiam in petechiis, ubi systema totum irritabile maxime laborat 62). Anginam, parotidem, erysipelas faciei interdum, propter congestionem versus caput tendentem, gravis auditus comitatur 63). Saepe fusurus post febres per longum tempus remanet. Surditas sub paroxysmum febris intermittens interdum forsitan etiam a congestione, oritur. Apoplexiam, quam dicunt sanguineam, interdum congestio ad org. aud. et exinde baryaecia vel fusurus praecedit 64). Non raro

n. 196. 198. — Bagliv prax. med. L. 1. c. de surditate, §. 11. 60) Bagliv ibid. §. 15. Hipp. Epid. L. 1. 3. aeger 3. 7. 9. Plater obs. L. 2. obs. 4. 267 sq. 61) Storch obs. clin. ann. 3. p. 335, 405, 408. Wendelstaedt de febr. epid. ann. 1795. Hufeland Journ. Bd. IV. St. 3. Bernard ibid. Bd. IV. St. 4. 62) Fr. Hoffmann m. r. syst. 63) Kritter und Lentin vom Schweren Gehör, übers. v. Nicaeus, p. 6. Fr. Hoffmann syst. T. IV. P. 4. p. 153. 64) Hipp. coac. praenot. n. 161. lect. II. p. 128. Foes Aphor. VI. 51.

observatur, congestio directio permutari, ita, ut organum prius affectum liberetur, aliud afficiatur. Sic quoque congestio ad org. aud. interdum cum congestione ad oculos 65), ad coxendices 66) et abdomen alternat. Unde saepe diarrhoea biliosa levatur, et contra illam levat 67).

Congestiones periodicae plerumque, et quidem secundum Hoffmannum sub aequinoctia praesertim exacerbescunt 68), vel tempestate frigida ac humida, vel vesperi. Catarrhum saepissime concomitantur 69).

E congestione oriuntur etiam affectiones org. aud., quae post haemorrhagias suppressas 70), post cessationem menstruationis 71), vel incipientem ejus fluxu 72) in graviditate 73), inter ac post partus difficiles 74), vel ex sternutatione 75), clamore 76), vomitu 77), capitiluvio tepido 78), obstructione alvi,

65) Bartholinus epist. cent IV. n. 40. 66) Hipp. de crifib. 398. coac. n. 190. 67) Hipp. Aph. IV. 28. 68) Hoffmann syst. T. IV. P. 4. p. 155. 69) Lentin, über Gehörfehler, übers. v. Nicaeus, p. 141. 142. 70) Fried. Hoffmann l. c. T. IV. P. 4. p. 153 et P. II. S. 1. c. 1. obs. 7. Wepfer obs. de aff. capitis n. 188. 71) Heister. med. u. chir. Wahrnem. Bd. 2. n. 381. Gohlius act. med. Berolinenf. Dec. I. Vol. 5. p. 82. 72) Stoerck obs. clin. ann. 7. p. 219. 73) Lanzonius Act. nat. cur. Vol. 2. obs. 6. et Paulini obs. Cent III. obs. 21. 74) Horfins opp. III. p. 403. 75) Trnka de Krzowitz l. c. p. 12. 76) Richter's chirurg. Bibl. Bd. 9. St. 3. 77) Fabric. Hildanus obs. med. chir. cent 5. obs. 12. exemps 1. 78) Gerbizzi misc. nat. cur. dec. III. a. 3. obs. 9.

flatibus ac spasms vasorum abdominis oriuntur 79). Congestio periodica ad aures interdum immo menstruationis locum tenet, sicut in puella in clinico Viennensi Malfatti observabat 80).

Spasmi vasorum org. aud. praesertim affectiones hujus organi variabiles ac cito disparentes in hysteriis et hypochondriacis produunt.

Exinanitio vasorum, functiones org. aud. perturbans, ab omnibus fere evacuationibus produci potest. Immediate in systema irritabile agunt fluxus nimis mensium, haemorrhoidum, lochiorum, venae sectiones praesertim in vasis capitis 81), et alia sanguinis profluvia, sub quibus tinnitus, susurrus, surditas, non raro ut signa lethalia, adparent 82). At ceterae quoque evacuationes hoc systema praecipue, quamquam non adeo immediate, debilitant, et exinde gravem auditum produunt 83) v. c. evacuationes per diarrhoeam, purgantia, lactationem &c.

Postremum formae valetudinis adversae org. aud., ex affectione systematis reproductivi originem trahentes, considerandae sunt. Sed per temporis angustiam limitesque hujus dissertationis arctos, non ex-

79) Fr. Hoffmann l. c. T. IV. P. 4. p. 153. Trampel l. c. p. 77. 80) Malfatti Gesundheits-Taschenbuch für 1802.

81) Wepfer obs. med. pr. l. c. p. 296. 82) Hipp. Epid. III. 2. Coac. praefag. l. 2. t. 10. praefag. l. 2. t. 2. Pror. 10. 32. 83) Hoff. diss. de auditu difficili §. 13.

positionem specialem, sed tantummodo conspectum eorum generalem ac succinctum proferre licet 84). Vasa absorbentia et glandulae eorum, vasa exhalantia, organa fecernentia, ac tela cellulosa, partes systematis reproductivi constituunt. Sicut organa haec, eorumque functiones, ac relationes, et inter se, et ad systema irritabile et sensibile, sic quoque, formae valetudinis adversae, ex affectione eorum prodeunt, admodum variae sunt.

Vasa exhalantia et fecernentia in functionibus suis exercendis, maxime a vasis sanguiferis dependent. Si enim arteriae vasa illa energia longe superant, illa impetui sanguinis minus resistunt magisque fecernunt. Inde in statu congestionis vasa exhalantia, fecernentia saepe evadunt, imo in majori gradu astheniae eorum, vel absolutae vel relativae (in relatione ad vasa sanguifera), sanguinem ipsam transmittunt. Si vero vel absolute vel relative, respectu arteriarum, in statu sthenico sunt, minus fecernunt. Attamen non semper in morbis asthenicis magis fecernitur. In statu illo asthenico nempe ubi vasa sanguifera minorem sanguinis copiam alliciunt, minus quoque fecernitur, et hoc etiam in alia affectione astheniae contingit, quae, a nervis communicata, cum spastica quadam in-

84) De affectionibus hujus systematis vide praesertim Lentin über die Gehörfehler, überf. v. Nicaeus (Lpz. 1794) Tentamen vitii auditus medendi.

clusione horum vasorum conjuncta est. — Gradus varii energiae vasorum fecernentium, et relationes permutatae eorum ad vasa sanguifera, et ad nervos, qualitatem quoque humoris secreti permutant, et activitas diversa vasorum absorbentium eam definire juvat.

Vasa absorbentia saepe vel absolute, vel in proportione ad vasa exhalantia et fecernentia, nimis parum aut nimis multum absorbent, et quidem generatim in statu sthenico magis absorbent, in statu asthenico vero minus.

Actio vasorum exhalantium, fecernentium et absorbentium, quantitatem, et qualitatem humorum org. aud. constituunt. Illis affectis hi vario modo a statu normali secedunt. — Cerumen in meatu auditorio externo secretum, ac reconditum jam minuta, jam nimia quantitate adest. Sic defectum ceruminis interdum apoplexiam praecedere observatum est 85), nimis copiose contra collectum frequentissima baryaecoiae causa est 86). Saepe etiam qualitas ejus abnormis est. Reperitur interdum vel dulce 87) vel acre 88) vel consistentiae nimis spissae, immo calculi speciem prae se ferens, quod praesertim in arthritide, vel lithiasi observatur 89). Saepe con-

85) Wepfer de capitis aff. obs. 137. p. 646. 86) Trnka de Krzowitz l. c. p. 39. 87) Eph. Nat. cur. Dec. II. ann. 3 obs. 91. Litter p. 370. 88) Hecker physiolog. patholog. p. 425. 89) Du Verney de organ. audit. P. 3. p. 37 ff.

tra vasa, cerumen fecernentia, et tota superficies meatus auditorii externi, humorem puriformem, tenuem, copiose ex aure profluentem, fecernunt, quae valetudinis adversae forma otorrhoea seu fluxus aurium dicitur 90).

In cavitate tympani quoque secretio humorum locum habet, cum continuatio membranae pituitariae nasi tubam Eustachianam, cavitationem tympani et cellulas processus mastoidei vestiat. Vasa fecernentia hujus membranae hic tamen parvam tantum copiam mucii fecernunt, qui cum habitu e vasis exhalantibus parietes cavitationis humectat, et, per tubam Eustachianam, ad nasum descendit. In statu vero morbofo, vasa minus aut magis fecernunt, et exhalant, qualitas ipsa humoris secreti a normali differt, et sic interdum, si vel copia et crassities humoris, vel membranae ipsius intumescencia, tubam Eustachianam includit cavitas muco 91) vel aqua 92), vel materia puriformi 93) repletur, unde surditas oritur.

Humor labyrinthi quoque a statu sano interdum discedit, et nimis parva quantitate, vel ni-

Bartholinus Act. Hafniens. Vol. 1. obs. 46. Cafferius de org. aud. l. I. cap. 20. p. 91. 92) Pezold obs. med. chir. n. 91. Pechlin obs. med. phys. l. II. obs. 46. Fabr. Hildanus l. c. Cent III. obs. 2. 91) Bonet sepulchr. anat. l. I. S. 19. obs. 2. 92) Morgagni de sed. et caus. morb. Ep. XIV. art. 9. Epist. anat. 7. 6. 93) Morgagni de sed. &c. Ep. VI. art. 4.

mis spissa, vel alia qualitate morbosa, fecernitur 94), quod tamen sat raro observare licet. Vibrationum propagatio et actio tota nervi, necessarie vitio hujus aquulae acusticae, vel plane, vel ex parte aboletur.

Nutritio partium org. aud., ab actione partium omnium systematis reproductivi maxime dependens, vario quoque modo a statu normali fecedit. Varia inde oriuntur vitia, organica dicta, functiones org. aud. necessarie perturbantia, quae, sicut laesiones a potentiis mechanice vel chemice in org. aud. magna vi agentibus productas, hic me transire oportet 95).

Inflammationem morbi formam esse, praecipue in affectione partium systematis reproductivi, et in perturbatione relationis hujus systematis ad systema vasorum sanguiferorum, consistentem, equidem crediderim. Hoc loco ac tempore ulteriorem expositionem nec hujus formae morbi, nec symptomatum, inflammationes org. aud. vel concomitantium vel sequentium proferre licet 96). Inflammatio auris, Otitis dicta, in febribus aliisque morbis sthenicis et asthenicis occurrit. Quamvis affectio praesertim systematis reproductivi sit, tamen interdum oritur, dum primarie

94) Haighton Mem. of the med. Soc. London Vol. III. p. 1.

95) Vide de vitis org. aud. Trnka de Krtowitz Hist. cophos. p. 32 sq. Wildberg über die Gehörwerkzeuge, p. 292 sq. Kritter und Lentin, übers. v. Nicaeus p. 19 sq. 130 sq.

96) vide praecipue Troxler dissert. inaugural. de inflammatione (Jen. 1803) et Ejusd. Ideen zur Nosolog. u. Therap.

aliud systema afficiebatur. Vehemens enim affectio nervorum vel vasorum sanguiferorum organi, aequilibrium quasi factorum in partibus ejus ad systema reproductivum pertinentibus perturbat. Sic otitis vel magis ab affectione systematis sensibilis producit, et otalgia illi praecurrit, vel magis a vasis sanguiferis affectis, et tunc congestio praecedit. Nonnumquam vero magis primario systema reproductivum afficitur. Inde cursu morbi vero semper systemata omnia laborant. Dolor vehementissimus, rubor, calor, pulsatio, intumescencia, fluxus aurium, sensationes turbatae, oxyaecoia, auditus gravis, vel perversus, tinnitus, susurrus exinde oriuntur. Febris, deliria, phrenitis, immo lipothymiae, ac convulsiones vel simul adsunt vel sequuntur. Inflammatio, nisi resolutione opportune finiatur, in vitia organica abit. Cum enim partes systematis reproductivi omnes maxime affectae sint, secretiones et nutritio partium a statu normali recedunt. Suppuratio, induratio atque intumescencia partium, extravasationes, concrectiones &c. inde sequentes vario modo et gradu functiones org. aud. laedunt 97).

Auris externae inflammatio seu Erysipelas auris tamen non symptomata adeo gravia habet. Hae variae affectiones partium systematis reproductivi in

97) Vide de otitid. Wildberg l. c. p. 267. P. Franck epitome T. II. &c.

org. aud. vel a morbis, hoc systema per totum corpus afficientibus, vel a causis magis localibus oriuntur. Si per totum corpus systema reproductivum afficitur, v. c. asthenia, saepe surditas observatur; non tamen tunc semper in aure etiam hoc systema maxime affectum est, sed interdum tantum nervi auris asthenia secundo laborant.

Generatim morbi systematis reproductivi org. aud. afficientes, vel secretiones humorum ejus permutant, vel nutritionem partium, in quo postremo casu rigiditas, laxitas, intumescencia, aliaque vitia organica sequuntur.

In scorbuto, in cachexia 98), in arthritide, in lithiasi 99) in fluore albo 100), in digestionem languente 101), post exanthemata ac impetigines retropulsas 102), &c. saepe surditas, otorrhoea, et alia mala org. aud. observantur.

Ex Catarrho duplici modo gravis auditus oriri potest. Sive enim membrana cavitatis tympani et tubae Eustachianae ipsa afficitur, sive pars inferior hujus tubae, a membrana nasi ac palati tumescente

98) Fr. Hoffmann syst. T. IV. p. 4. p. 155. 99) vide supra in loco de cerumine calculosa, et Trnka de Kvtowitz, p. 10. Bierling thesaur. obs. 84. Breslauer Sammlungen 1719. p. 27, 145. 100) Ephem. Germ. dec. 2. a. 7. p. 171. 101) Trampel l. c. 102) Trampel l. c. Act. med. Berol. Dec. I. vol. VII. p. 7. Hoffmann opp. T. VI. p. 336. Brambilla von der Phlegmone II.

et a mucositate includitur. Otorrhoea, a catarrho vel rheumatismo genita etiam saepe occurrit, saepius vero adhuc otalgia 103). Variolae et alia exanthemata febrilia, praesertim scarlatina, vel membranam pituitariam in cavitate tympani, ac praesertim in tuba Eustachiana, vel membranam meatus auditorii externi et lamellas externas membranae tympani magis afficiunt, otitidem saepe producunt, et per vitia organica sequentia auditum tollunt 104).

Surditas ex lue venerea 105), saepe occurrens, ac semper fere cum otalgia et otorrhoea conjuncta, variae quoque indolis est. Oritur nempe a) a gonorrhoea suppressa et tunc interdum otitis effluxui materiae purulentae praecedit; b) a lue generali org. aud. afficiente et saepe cum ulcere, carie, exostosi in eo organo, vel squammis cuticulae auris externae 106) conjuncta; c) ab ulceribus venereis palati, in orificio tubae Eustachianae, quae saepe in concretionem hujus tubae abeunt. Ex hac causa praesertim tinnitus ac susurrus oriuntur.

In scrofulis saepe otorrhoea observatur, interdum vero, praesertim in infantibus, in membrana

103) Hoffmann Syst. m. v. T. IV. P. 4. p. 173. Trampel 67-69.

104) Trampel l. c. p. 79. Eph. nat. cur. Sect. III. ann. IV. obs. 1. Sternberg u. Schaefer 60. 61. 75-80.

105) Schwediauer traité des maladies veneriennes. à Paris 1798. Tom. I. p. 165. T. II. p. 73. Trampel p. 79. 80.

106) Fr. Hoffmann diss. de audit. diss. §. 7.

meatus auditorii externi et in tympanica ipsa, pustulae, sicut subter conjunctione oculi ex eadem causa occurrunt, formantur, quae auditum gravem reddunt usque dum se aperiant et pus verum profluat.

In infantibus multis otorrhoea solet esse continua sicut quoque glandulae cutis post aurem in eis humorem fecernunt, qui impuritate, vel alia causa corruptus cutem et glandulas vicinas systematis lymphatici, morbose afficiunt, ex qua causa resorptio imperfecta ac vitiosa humorum in cavitate tympani et labyrinthi oriri potest, quae gravem auditum producit 107). Hoc in achoribus, favo, ac crusta lactea etiam contingere potest, ubi saepe aures manantesprehenduntur 108).

107) Lentin l. c. 108) Hecker physiol. path. p. 334.